

HIERONYMI MANFREDI: Clarissimi
philosophi: ac medici: & astrologi: ceteroquinū de
medicis & infirmis: Ad illustrem Iohannem ii.
Bentiuolum: Hannibalis primi filium: Bononi
ensem: &c.

HIERONYMVS Manfredus Illustri Iohā
ni Bentiuolo salutem. Quanta sit illustrissi
me Iohannes Medicinæ uel excellentia uel
utilitas propter operis breuitatem prætereo
quod etiam ex eo patere debet: q̄ uniuersa
hōis causa summus ille rerum opifex produ
xit. Medicinam diuinam. s. artem fere in primis honorandam
colendam q̄ præcepit. Cuius qui contra præcepta utitur suæ te
meritatis dat aliquando poenas. Ea certe & si scientiarū clarissi
ma sit ac perfecta: medicus tamen sine astrologia perfectus eē
non potest: quoniā cælesti motu hæc inferiora gubernantur. Id
circo hoc opusculū confeci: in quo q̄dam quæ ab aliis tum ob
scure: tum inepte tum falso dicebantur: hic nō sine summo la
bore diligentiaq̄ summa adhibita patere conq̄ine feci: q̄dam
ēt meo Marte adinuēta inserui: singula omnia tamen prius ex
pertus deum testor. Quo opusculo illustrem dignitatem tuam
dono: Illud at explanandum: quid ego ad te taz breui munere
ueniam: non minus enim uero & ingenii & laboris multa pau
cis: q̄ pauca multis referre: si id cōmode fiat. Quod feceris nec
ne aliorū sit iudiciū. Præstiti quidē q̄tū potui studiū i hoc opu
sculo: in quo qualem q̄tāq̄ quodq̄ sidus infirmitatē inuehat
hominibus est: Et oēs canones & oēs modos & multa alia quæ
medicus seruare & uitare debeat inscripsi: quæ cuncta ducent
medicum ad laudabilem et optatum honorem ac finē cū gau
dio infirmi: Scientur ēt agritudines incurabiles & connatura
les & aduēticiæ earq̄ naturæ & qualitates: Et utruq̄ morbi sint
ad salutē uel ad mortem: Q̄ n̄ ue finietur agritudo aut æger pe
nitus hic discucietur. Amplius & t̄pra quibus medicus suas cir
ca corpus humanū exercere debeat opationes innotescēt: Et cū